de christianis, eo quod immediate sequitur, & scabiosa ouis a caulis repellenda, cer-
tum est autem quod iudei non sunt de caulis seu ouilibus christianorum, dicente Chri-
sto. Habeo alias oues quae non sunt de hoc ouili. Unde allegata auctoritas ex-
plum dat de Ario in Alexandria haeretico christiano, non de aliquo iudeo.

*Aris iudeorum
in uicini*

Ita per omnes libellos suos discurrendo p̄stygia tor blaet̄ero, quicquid de no-
 stris hæreticis & christianorū heresi scriptum est, id totū ad iudgorū hæreses
 solū modo ad me infamandū callide retorquet, p̄ter citra & cōtra mentē &
 intencionē auctōr, despiciens iura, q̄rū intentio mens & uolūtas est, q̄ poena-
 les constitutiones calum propriū non excedant, p̄sertim quando uerba legis
 ut inquit Baldus & Ioannes de Imola sunt adaptata ad certas personas, tunc
 em̄ non debet trahi lex ad alias, etiam si quis uellet om̄ia in confuso cōmiscere
 tam titulos q̄ leges fauore religionis, tunc em̄ hoc minime procederet, q̄n̄
 non solum nulla intercederet paritas rationis, sed om̄is appareret et etiā dispa-
 ritas, hæc autē ad scholas iuris peritissimorū doctorū pertinent latius disputan-
 da, non ad Arnoldi et aniliū theosophistarū detractorū meorū gurgustū,
 Vnde oritur alia falsa opinio, qua cōuiciator indoctos studet excecāre, q̄ nō
 licuerit hanc materiā quam ipse appellat fidei ac morū, quasi in ciuili calu per
 iurisperiā alique m̄ qualibuscūq; hinc inde allegationibus tractare. Hic peto
 a tua maiestate Cæsar fortissime triūphator imperiū, an per quæstionē oibus
 nobis propositā uolueris disputare de fide? aut quos mores discere a nobis
 paratus eras? qui uniuersorū es morum in repu. legis & arbitrator, nō que-
 rebatur an iudei essent fideles orthodoxi, an crederent nostrā ecclesiam san-
 ctam, non fuit res dubia, quin om̄es iudei sint hæretici improprie & lato vo-
 cabulo dicti, nihil horum disputandū erat etiam agricolis notum. Sed an iud-
 gorum libri essent de iure perimendi, & an esset utile ecclesiæ, supposito q̄
 heretici erronei aut scādalosi essent, quod cognoscere & si non primo, t̄n̄ &
 secundario canonistis nō est denegatū. Aut igit̄ uolebas libros condemnare, aut
 condemnatos perimere. Condemnare autē uel esse cōdemnatū, legale uerbū
 est & iuris officiū, non theologiæ p̄sertim iudicialiter. Aliud est em̄ causis ter-
 minum imponere, & aliud scripturas sacras diligenter exponere, ut habet in
 decretis xx. distinctione. Quare liceat aduersariis meis opiniones pro fide ca-
 tholica uel contra fidem catholicā magistraliter disputare de cathedra, non
 de tribunali, per argumenta non per mādata, honeste non cōtumeliose. Quæ
 uero sint lectiones per leges uel canones reprobatae, seu ad peremptionē aut
 combustionē condemnatae, hoc iurisperitis committit̄, qui sciunt an & q̄ mo-
 do legis generalit̄, singula specialia sub se complectat. Et an aut quō poenæ
 sint extendendę uel restringendę, & an aut quando prouisio in materia poe-
 nali concepta in ueram & certā personam, extendat̄ ad rēsentatam, habet
 suos titulos, habent leges & canones de fide catholica, de hæreticis, de iudeis
 de sanctissimis ep̄iscopis, de ecclesiis, & aliis fidem christianā concernētibz,
 Sinat Arnoldus iuriscōsultos etiā aliquid esse in ecclesia, sunt em̄ eo inuito
 etiā ecclesiastici scriptores & catholici doctores. Accepisti serenissime Cæsar
 q̄liter tribus catapulis leuissim⁹ ardilio aduersū me falso licet frustra iaculat̄,
 Nunc post falsas opiniones quas imperitis p̄dicauit sequunt̄ falsę atq; sophi-
 sticę argumētationes. Nā ut ait S. Hieronymus om̄ilia quarta sup cātica can-
 ticorum, apud imperitos & animales hoies pulchriora uident̄ mendacii so-

*Insignis
arnoldi*

Quod fuisse officij iuriconsulti dicitur q̄d̄ p̄p̄m

phismata q̄ dogmata ueritatis. Sed tanto facilius uincā, quanto puerilius oīa
paralogizat, tantoq; breuius absoluendus est nugigerulus, quanto lucidius
sua tela praeuidi & prudenter caui, prius em̄ fregi singula q̄ hęc ille strueret.
Accedit etiam q̄ recte docti eum indoctū logicū iudicāt, tam anilibus uanis
debilibus uitur argumentis, in nullo modo, in nulla figura, phreneticorum
more, nisi hoc sibi mollis homo in deliciis habeat, q̄ nescio quid nouū in logi-
cis inuenit, propter q̄d Apollini bouē sacrificet de cornuto quodam syllo-
gismo. Loquit em̄ de me in propositione prima his uerbis. Et ut aliquantulū
inquit eū (me notando) fortius stringam, hunc cornutū ei syllogismū ponā.
Que cum legenti mihi dicerent amici, cur tantopere riderē, illis respondi, mi-
rum q̄ non auritū posuerit, ut qui ab alino procederet, totus em̄ mihi nūc vi-
detur cum Luciano in asinū non aureum sed stercorariū uersus, qui ante ce-
raustes esse potuit aut bubalus, sed ut melius intelligatur sophista nosterculus,
Nam sine commentariis non intelligit neq; ipse se neq; alius quisq; breui au-
sculta Cæsar. In tua maiestatis rephensio consilio scripsi me quondā in curia
diui patris tui audiuisse a iudæis q̄ extinxerint famosos & nephandos libros
Tholduth Iesu Hanozri & Nizahon, diligenterq; prohibuerint inter se, ne
ulterius talia scriberent, id aut fuit semestri ante q̄ serenissimus cæsar Frideri-
cus tertius pater tuus imperator inuictissimus morte uinceret, qui obiit me
p̄sente in Lyncea xiiii. kalē. septembres, anno M. cccc. lxxxiii. post ea tpa
petenti a me cuidam nobili, quid honeste ac sine scandalo q̄nq; posset cū suis
iudæis colloqui recreationis causa, respondi per epistolā, ut eos interrogaret,
quā potissimū ob causam ipsi putarent in tam longa se captiuitate detineri,
& ad eam disputationē multa formaui argumenta, hinc inde tam grauiā q̄
leuiā qualia poteram excogitare, quorū sibi iusserā postulare solutiōes. Inter
illa fuit unū, q̄ dei filiū Iesum blasphemarent, & q̄ in tali blasphemia delecta-
rent, vñ posterū fieret participes priorū, & q̄ id ex cōsuetis p̄cibus eorū atq;
libris ut Nizahon & Velamesumadin notari posset. Hęc a me fuit epistola
cum talibus obiectionibus & petitionibus, nō aut determinationibus seu cō-
clusionibus ullis data anno M. D. V. Audi nunc cū tuis qui in consilio sunt,
quō super hac historia instruxerit calūniator suū cornutū ut ait syllogismū,
Vult em̄ dicere ut intelligo, si non credidi iudæis mihi dicentibus in curia im-
peratoris abolitos fuisse hos libros, quare cōsilio inserui. Si credidi, quare ad
nobilem scripsi manifestū esse q̄ tales libros habeant. Hic est ignauissimi pe-
coris, immo nocentissimi peccatoris cornutus syllogismus, de quo me conso-
latur diuina uox, Omnia cornua peccatorū confringam, & exaltabunt cor-
nua iusti. Pudet me cæsar coram tua maiestate tam summa, tam augusta, tā
abiectis infantiliū neniārum susurris, ex paupere uena miserimi istius inge-
nii prorumpentibus uerba facere, quapropter ad eum ipsum qui fœnum in
cornu gerit me conuertam. Que malū ista tua ratiocinatio est? aut qd est me-
diū syllogismi quē appellas Arnoldi? credo nec mediū nec extremitates
formare noueris, omitto mendaciū tuum, qui manifesti uocabulum nec ore

H

Cornutus p̄

frid. imp.

De epi-
stola ad
nobilem

Cornua ar
moldj

Bacchans
biuanj

nec calamo protuli, sed huc ad pulpitum. Si dico me ante annos xx credidisse
iudæis hæc affirmantibus, et tandē nugis eorum deceptū me sensisse decimo
post anno, tum quō syllogizabis? quis erit elenchus? cum tm & tam longū
cōtradictioni tuę intercesserit tempus, in quo idē homo posset fuisse cādidus
& ater, albus & non albus. Dispercā si ego tot cornua in tuo capite quęsiuis-
sem. At nunc Senecę credam syllogismo licet sophistico. Quod non perdidisti
habet, cornua nō perdidisti, ergo cornua habes, forte in similitudinē tauri
æthiopici, cuius Pausanias in Bœoticis meminit, unde tibi Sapphus iste con-
ueniet uersiculus, Accedant capiti cornua bacchus eris, immo bacchans, qđ
pecuale atq; propriū tibi est, non bacchus qđ diuinum aiunt. Bacchātes autē
eos germani uocant, quos galli biuanos. Recipe igitur & a me hunc uicissim
cornutum syllogismū, tam bonū ac potius meliorem in materia & forma q̄
tuus fuerit. Si ianus est bifrons, & tu es biuanus, ergo tu es quadrifrons, & in-
ter bacchantes quadrifrontes perpetuo connumerandus. Bacchantes enim
sunt rudes & agrestes literatores, Sed quadrifrontes qui nulla sibi concipiūt
ex turpitudine uerecūdiā, & uere tu ex illis es, nam & loquela tua manifestū
te facit, qua palam insinuas morē censoribus neq; pudorē te neq; pudicitia
habere ullam, quīs apud ignaros & simplices omnē frontem undiq; ostētes
maledicte hypocrita. Nam quid non te pudeat cum calūniando mea, sermo-
nem continuū pter & cōtra intentionē meam aperte diuidas, ut tibi facilius
sit cauillandi occasio. Nihil em̄ differt, sic dixerim, duos ego blasphemos eos
libros legi, quīs affirmarint tales se libros extinxisse, an ordine conuerso sic.
Quīs affirmarint tales se libros extinxisse, ego legi duos, ut uideas cęsar q̄ta
uanitate labore in re tam ardua uilissimus theosophista, perinde ac si nos nō
legerimus Aristotelis organū, non tm latine uerū etiam ut ipse scripsit græ-
ce, quo concedatur haud nos ignorare quantū iste calefactor circa syllogis-
mos peccet, tam in materia q̄ in forma. Deinde mihi cum doctis conuenit, qđ
iste in topicis nullus est, uel si aliquis est, omnium theologorū fex & turpitudō
est, & ob id ab integris & solidis doctoribus repellendus & respuendus. Fa-
ciamus obiter degustationē impudentissimę ignorantię suę, tum & nequię,
ut mercatores piper probāt. Eimvero dialecticā hanc dissuasionē meam qua
scripsi, si thalmut esset comburendus iam dudū combustus esset ante multos
annos, quādo patres nostri plus affectionis habuerūt ad fidem nostrā, q̄ nos
nūc, cum iste uir acer in p. elio impugnare uellet, iamq; lacertos exerraret, cę-
stusq; ponderaret, post rhetoricā declamationē suā me sic philosophice ado-
ratur, Si topicum est, dicat per quem locū. Si dicat (me notādo) qđ per locum
ab auctoritate sumptū ex patribus, Sane iam non topicū erit, quia apud to-
picos triuitate est, locum ab auctoritate negatiue nihil momentū habere, licet
in theologicis nōnunq̄ ualeat, Hęc ille sapiens magisterculus in logica, uel si
spernat diminutiū, sic saltem magisterculus, aut per metathesim stercus magis.
Qđ belle triumphat, primo, quia sic locus ab auctoritate qui non possit esse ne-
gatiuus, Secundo quia tamen si consueuerit ita in theologia posse argui, tamē

Long ab impia

mihi non uelle permittere, tali fortasse uenia indigno. Putat me tam desuetū
 his quæ quondā pueri didicimus ut ei concedam locum esse ab auctoritate,
 Fuit ne patribus maior auctoritas ante tpa in affectione ad fidem q̄ nunc sic
 nostris patribus, aut quæ requirit auctoritas, ut quis habeat affectionē ad fi-
 dem, quid cōmune præstantia hoīm siue auctoritas cum fide habet? Nūqd
 bubulcus aut opilio tantā fidem habere potest quantā in summa potestate
 atq; auctoritate constitutus? nisi erret in euāgelio, q̄ de Centurione qui sub
 se dixit habere milites christus loquit, nō inueni tantā fidem in israel, perinde
 ac si p̄minētiae hoīs maiestate regnantis & magnitudinē auctoritatis, fidei
 q̄q; magnitudinem ascripserit, Si tam manifeste in istis puerilibus quæ noui-
 ciis nota sunt errat, quæ tam lōgo spacio temporis & tam præmeditato stu-
 dio cum oīm suorum contubernaliū cōsilio & auxilio aduersus me collegit,
 quid cum cerebri habere purabimus? quid industric? quid ingenit? Q; si est
 iste ad pugnā electus, ut ipse asserit a collegio theologorū, quales arbitrabi-
 mur electores esse? q̄ sciolos, q̄ rationales, cum talis sit electus. Nisi cum glōs
 nostra in libro digestorū posita sub titulo de origine iuris in lege secunda
 de Romanis, qui disputaturi olim cum græcis, stultū quendā elegerunt ad di-
 sputandum cū græco, ut si perderet, tū derisio esset, & reliqua, simili usu p̄co-
 gitata fraude hūc stultū elegerint, ut si manifestaret ex operibus & uerbis su-
 is q̄ esset malus logicus, peior philosophus, pessimus theologus, conuerteret
 in risum, dicendo, Facile potuit stultus superari, nobis autē Coloniensibus the-
 ologis non erit dedecus, sed stulto. Ego uero propter reuerentiā facultatis col-
 legii & ordinis, agam cum eo tanq̄ reuera esset aliquantum licet non nimis
 sapiens, & si patiat, docebo eū non esse ab auctoritate sed locū a maiore, q̄
 p̄cedit negatiue, qm̄ eius est maxima propositio. Si id qd̄ magis uideat inesse
 non inest, nec id qd̄ min⁹ inesse uidebitur inerit. De p̄decessoribus em̄ nostris
 ante multos annos scriptum est, sancti per fidem uicerūt regna. De nobis autē
 q̄ in nouissimis diebus instabunt tpa periculosa, & erunt hoīes se ipsos amā-
 res cupidi, elati, superbi, blasphemī, parentibus non obedientes, ingrati, scele-
 sti, sine affectione, sine pace, & reliqua. Cōcludendo sic habentes speciē qui-
 dem pietatis, uirtutē autē eius abnegantes. O sancte Paule propheta uerissime
 q̄ clare uidisti theosophistas in spiritu. Esset facile cudendū uolumen integrū
 de fatuo sensu istius magistri, quo nihil gustare uel in logicis ostenderetur, ut
 est hoc etiam obiectum mihi ab eo argumentum. Naturaliter credibile est
 iudæos fecisse quicquid potuerunt excogitare, q̄ eorum doctrina a suis non
 contēneret, ergo naturale est quibuscūq; modis paternas eōs traditiones de-
 fendere. Principio, nō contentus tribus terminis sed & quattuor aut quinq;
 syllogizat. Deinde puer ego sæpe ferulā lachrymans passus sum d̄b tam pu-
 erilis solutionis ignorantia, cum argueret naturaliter credibile est lapidē mo-
 ueri sursum, ergo naturale est lapidē moueri sursum, et sic de similibus, q̄ inde
 sinenter paralogizat, ut, non habeo intelligentiā in thalmud nisi ex nostris li-
 bellis, ergo nō habeo intelligentiā in thalmud penitus & simpliciter. Sic thal-

Indig. destry

Long a minor

A. d. az. in. p. m. erat

232
mud nobis & nostris seruandus est, ergo thalmud penitus simpliciter & libe-
re seruandus est. Similiter illud. Credo iud. hoc dicere, ergo credo illud ue-
rum esse qd dicit; dicit, Item illud. Non credo hoc ineptū ut tu dicis, ergo nō
credo hoc ineptum. Quis hanc fallaciam non nouit, non credo mundū cō-
pisse ut Plato dicit, ergo non credo mundū cōpisse. Est em̄ uerū qd credo mū-
dum cōpisse ut Moyses dicit, non aut ut Plato dicit. Sic posset aliquis credere
aliquē thalmud non esse ineptum ut Pepericornus dicit, & simul tñ credere
aliquem thalmud esse ineptum aliq̄ modo. Item quāuis perniciose mentiāt
Arnoldus me dixisse non esse credendū nostris scriptoribus, tñ hoc argumē-
tum etiam non ualet, huic non est credendū ut testi, ergo huic non est creden-
dum. Item nō ualet. Ad condemnandū aliquem ad ignem uel combustionē
scripta istius testis me non mouent, ergo uolo qd isti testi simpliciter & peni-
tus nunq̄ sit credendū. Dicit em̄ lex. Non testimoniis sed testibus crimina sūt
probanda. Hoc tacere non possum, qd tam egregius rector burfæ Colonien-
sis tam rustice perplexē ignauiter argumentū ad formā redigat in propositi-
one xxx. qui antea oēm formam fugerat, sed hoc putat se uenari posse, licet
spes eū fallat, qd in minore fatear hāresim, & deinde hāresim concludā, & ait
his uerbis. Quicūq; habet ius faciendū aliquid, potest illud facere sibi in bonū
quāuis alteri sit ingratum, & tñ non facit contra alium, nec potest ille iure cul-
pare aut egre ex ipso id animo accipere. Sed iudei habent ius sic faciendū thal-
mud uti factus est sibi in bonum quāuis deo & sanctis ac nobis sit ingratus, nō
tñ fecerūt cōtra nos, nec possumus iure eos culpāre aut id egro aut malo ex
eis animo factum accipere. Hoc argumētum qd a me ipso mēdicauit, & ego
illud in declaratione meā uulgari. §. 28. antea solui, non nouit miser philoso-
phaster ad formā redigere. Ita em̄ inter sentes & uepres hāret cornibus, ut
cum Hieronymo cōtra Iouinianū scribēte possum dicere, Vbi spiritus legē-
do deficit ibi distinctio est. Appellas tu id Arnolde formā syllogisticā, erue
oculos p̄ceptorū qui te tam indoctū reddidit. Tamen noli desperare, ego do-
cebo te, tu imitare Aristotē, at heu quomodo potis es, qui eum non intelli-
gas, quantūuis profitearis. Aduerte tñ & ausculta. Sint A. B. C. syllogismus.
A potentes facere absq; iniuria. B habentes ius faciendū. C iudei faciētes thal-
mud ut nunc est. Da Cæsar ueniam ineptitudini, oportet ita loqui cum istis
nasturciis, nam ut Picus comes tuus Mirandulanus ait. Balbi nō nisi balbos
intelligunt. Fiet itaq; syllogismus. Omne B. est A. id est omnes habentes ius
faciendū sunt potentes facere absq; iniuria, & C. est B. id est iudæi faciētes thal-
mud ut nunc est, sunt habentes ius faciendū, ergo C. est A. id est iudei faciētes
thalmud ut nunc est sunt potētes facere absq; iniuria, Hanc redactionem in
formā syllogisticam poterunt melius intelligere discipuli tui, si nō eos dimi-
dio feceris stultiores q̄ acceperis. Es em̄ magister ignorantie, qui q̄annis acce-
pta ingenti pecunia nescire doces, sed nō ut Socrates. Hoc itaq; argumentū
Darii est, non illius Persarū regis, sed tui similitum. Maiorem, omne B. est A. di-
cis iuridicam, concedo, Minore. C. est. B. dicit hāreticā, nego, qm̄ ad eius ve-
ritatem que indefinita est sufficit qd aliquid sit qd dicat thalmud ut ipsum nūc

232
Dary

est, cuius iudaei habeant ius faciendi, ut est Sepher zeraim id est liber seminū
q̄ volumina sunt mere medicinae, similiter x. xx. xxx. uel plures alii alia
rum facultatū aut historiarū, qui pari modo dicuntur thalmud singulariter,
in quibus nulla fortasse continet hæresis non tolerata neq; blasphemia, neq;
infamia, neq; magica, quapropter eorū habent faciendi ius ad minus tolerā
tiæ ac simplicis permissionis, quia tolerant in perfidia, & per cōsequēs in his
quibus perfidiam suam manutinent & exercent, propter quæ puniendī nō
sunt, primo permissio tanq̄ principali. Diuiditur deniq; thalmud in quattuor
facultates superiores ut dictum est a me in consilio, Et collectionē librorum
thalmud dicunt maiorem esse triginta bibliis, sed de quolibet eorū librorū se
parabiliū dicitur, hoc est thalmud ut nunc est, & hoc est thalmud ut nūc est.
Sicut Socrates est homo ut nunc est, & Plato est homo ut nunc est. Nunq̄ autē
& nusquā quisquā ex me audiuit, q̄ affirmauerim loquendo uel scribendo
iudeos habuisse ius faciendi omnes & singulos libros thalmudicos, quin imo
dixi contrariū, scilicet de blasphemis & contumeliosis in prima determinati
one consilii, & de magicis in ultima. Ceterū qualis ne reputandus est ille logi
cus siue logisticus, qui naturam oppositorum nō intelligit, ait em̄ illas duas
propositiones esse ita oppositas q̄ simul stare non possint, Vnam. Multos li
bros legi & nullam in eis contumeliā scriptam inueni. Alteram, Multæ sunt
in libris iudæorū blasphemiae & hæreses contentæ. Et quanq̄ hoc modo non
scripsi, tñ miror q̄ has simul esse ueras dicit impossibile. Quo clarescit apte
Arnoldū nō esse philosophū neq; theologū doctore, nisi sit doctor creatus
ex nihilo, solent em̄ qñq; creari doctores. Quare noli Cæsar in hoc homine
aliquid sperare qd sit firmum, constans, uirile, theologo uel saltē philosopho
dignum, Nihil in eo inuenies, nisi molle, effeminatū, puerile, senticosum, hæs
tās atq; dubium, tam uecors est lepus, nihil ferme arguit de quo assertiue au
deat dicere A est B, sed sicut simia poscenti præbet manū & retrahit cum for
midine, qm̄ semp̄ intendit falsum in mente. Quare oīa pene argumenta sua
incipit per uerba eiuscmodi, ut uidetur, uisus est, suspectus uideri potest, forte
diuinatur, apparet, ego puto, uelle uidetur, hæc dicta hæresim sapere uident.
quantū ego conicio, hoc uel illud esset impertinēs, apparet hic impertinēter
allegare, cum tñ in tuo fuerit arbitrio Cæsar collocatum, quid te moueret ut
pertinens uel impertinens tanquā iudicis non partis. Per idem autē famosū
libellū suum fere nihil audeat iste quasarius opponere aut arguere, nisi per hanc
dictionem indeclinabilē quasi, quasi, quasi, somniatoris instar, ut quasi uelit
hoc innuere, quasi uellet dicere, quasi in materia ciuili, quasi nulla deberet es
se cura pro alio, Significat autē hæc dictiuncula quasi aliqualem similitudinem,
sed simile non est idem, qm̄ nihil est tam alterum q̄ simile. Ideo apud grama
ticos est nota incertitudinis, ut. i. Regū ix. Erant em̄ quasi xxx. uiri, qd signifi
cat incertum fuisse numerū. Quare ad eam particulā affirmatio sequitur &
negatio, ut cum legitur. i. Paralip. xvii. Feci q; tibi nomē quasi unius magno
rum, fuit em̄ reuera unus magnorū, Et psal. xxxiiii. quasi lugens & cōtristat.

H iii

Thalmud

Creari
doctores

In Arnoldo

Non Arnoldo

Quo

sic humiliabar, fuit enim reuera contristatus, Et in euangelio Ioannis, gloriam quasi unigeniti a patre, fuit enim reuera unigenit^o a patre. Negatiue sic, Iob xv Nunquid sapiens respondebit quasi in uentum loquens? nam reuera non erit in uentum loquens. Et Hieremie^{xlviii}, Fuit in derisum tibi israel, quasi inter fures reperisses eum, nam reuera non reperisti eum inter fures. Cum igitur dicat iste theologista, quasi hoc uellem dicere, non propterea debet continuo syllogizare quod reuera dicere uouerim, quoniam fortasse non uolui hoc dicere, sicut & sepe uoluntate contraria in mea declaratione legit, Sic contra ubi dicit quasi nulla deberet esse cura pro aliquo, non debet mox syllogizare quod uouerim nullam esse curam pro altero, cum eius contrarium inueniat in declarationibus meis, quod debeat alterius pro altero cura esse suo modo limitata. Valeat igitur iste quasarius cum suis quasalitatibus in mala^m crucem, aduersus quem spero cunctos prestantes & ueros theologos indignari tanquam contra inhonestissimum quasarium & contra suas latrunculas quasalitates. Nunc maxime uelle laetissime imperator parum quod adhuc reliqui est nephariorum scelerum horum perditissimi & de salute sua desperati huius Arnoldi attendente et cum singulari erga me clementia indefesse audires. Non enim satis turpe sibi duxit, in euidenti calumnia deprehensum se, iniuriarum & famosi libelli condemnatione notari, quod quanto illi probro futurum sit omnes norunt. Verum etiam adhuc in me diffamando capitale iudiciorum publicorum aliud horrendum & abominabile crimine falsi admisit Vulcano sacratum. Qua in causa quo me uertam caesar indyter^o quos implorare ordinarium ne suum? at falsarius Arnoldus confidentia clericatus & sacerdotii in tanto facinore & tam crudeli scelere spem sibi impunitatis concepit. An collegium facultatis suae? sed ipsa sibi facultas hunc falsarium se iactante & gloriantem non tamen ad hanc prouinciam subeundam elegit, sed etiam negocium hoc illi demandauit, & perficere ac perpetrare coegit. Tantis suffragiis hominum, tanta Colonienensium ut audio familiaritate stipatus, tanto scholasticorum fauore accessus, & simul prauiudicio singularis Agrippinorum inuidiae, ac odii popularis per eum sinistra machinatione iam toto biennio aduersum me conflati munitus, & ut sibi uideat securus, omnem ordinem iudiciorum phis & iura contumaciter despiciat & contemner, Igitur in te unum spem adiutorii & consolationis fixi & locaui, ut tamen immanni detractoris & calumniatoris mei compertis flagicio, me innocentem falso circumuentum, tandem aliquando integre fame nominisque boni uirum declares. Ut autem in limine primo indomitam & effrenatam istius contumacitatis audaciam & impudentiam incredibilem praeter hunc unum in omni scholastico homine inauditam accipias et agnoscas, cum ei ad nihil nisi ad oppressionem quaerebar, haud parum multa se obtulerunt, quibus cogitare poterat ob uitam meam usque huc integerrime peractam non facile labefactari famam meam, & bonam tam in diuinis quam humanis rebus existimationem, quare fortissimum ei recte putabat ut nunc sunt penes nos iuniorum & perspicacium athletarum studia, fore multos Colonienensibus theologis doctores in aliorum uersitatibus gymnasiarum, qui purpurillatas argumentationes et uanos abor

Crime
falsi

tiuosq; syllogifimos & susurra quibus exurdant aures & prestygia quibus eluscantur oculi pure clare lumine internoscerent. Ne conatus scholasticè disputando frangerentur, cepit consilii mei sacratissimæ tuæ maiestati me obediēter expositi chirographū, eiusq; librum chalcographice tibi editū particulariter imutare, amouere, celare, delere, interlere, recitare dolo malo, ut ueritas apparere nō possit, & ita pfecto falsi crimine in perniciē et destructio nem boni nominis, dignæ existimationis & integre famę meæ capitalia illi scripturę puncta, quibus totius causę fundamentū & status quiescit, falsauit multis in locis, maxime illustribus & perspectis, quę ordine uideamus, Principio qui sūt nerui causę nostrę de thalmud iudæorū maxime accusor apud omnes ab aduersario, q̄ illum de meo consilio indistincte uoluerim cōseruare, ad hoc ostendendum omnes dies noctes somnos & uigilias tuas & suorū cōtubernaliū accōmodauit, & quicquid unquā didicisse uideat. Addit illud etiam, q̄ si in mea cōsultatione imperatoris maiestati respondēs distincte sic expresse, q̄ plurima me nota leuasse, & hoc modo per oīa sua opuscula scribit, p̄dicat, suggerit me thalmud indistincte cōmendare, laudare, defendere et cōseruare, in quo de fautoria iudæorū me notat cum ingenti uirtute. Sed illud quo tpe adhuc in lingua germanica per interpositā Pepericorni personā mecum agebat, semper atq; constanter negauit, simul contra ostendēs & in sumuario speculi ocularis & in declaratione uulgari & in disputatis, distincte me locutū esse & non indistincte. Nunc autē quom sibi proposuerunt mihi latine pariter iniuriari, tum illorū de mea patientia & humilitate spes audaciā sceleri p̄stitit, & confidentiā impunitatis auxit latina eorū interpretatio, per quam non sine irrefragabili putarent licētia scribere, quicquid malignandi suaserit libido. Quare constituerunt ex meo consilio portiones uas excerpere, quas uiderent ad odium mei concitandū aptiores, ut solet nō missura cutem nisi plena cruoris hirudo, quā appellant sanguisugā, ea enim semper deteriore elicit sanguine relicto meliore. Sic aranea florū sucos meliores apibus permittit, peiores ipa colligit, ex quibus uenenū coquat. Nō fuit tam iniqua consuetudo maioribus nostris illis ueris et uere sanctis theologis dantibus bene agēdi exēplū posteritati, oībusq; his qui tā honorabile nomē theologię sibi non in uanū usurpāt, illi nanq; librū aliquē reprehensuri totū interseriebant de uerbo ad uerbū sermonis cōtextū, nihil relinquētes, ut ad omni etiā specie mali abstinuisset probarent, quę admodū Origenes cōtra Celsi libros & aduersū Iulianū beatus Cyrillus Alexandrię archiepiscopus qui sic ait. Διελόντες τοίμων εν ταςει, τῆ προωδεσερα τὸν παρ' αὐτοῦ λόγον τῆ τας εν αὐτῶ διανοίας σύμενεγκόρτθου κατ' εἶδος, οὐχ ἐκ ἀσκη πλῆσάκις ἀποχεῶντως λὲ ἀπαξ καὶ ἐμπέχηνως ἀπαρτήσομεν. id est. Digerentes itaq; in ordine decentiori eum qui ab ipso est librū, & ipsas in cōsentētiis cōferentes iuxta formā, non unicuiq; sæpius, sufficiēter autē semel & artificiose obuiabimus. Vnde iam cognoscit qua norma uir bonus grauis & honestus

*ful p. in libz
K. in q. in*

librum indignū rite possit impugnare, distinguēdo uidelicet totum librum
auctoris non particulas quaslibet decerpēdo, & ordine, non intrichate, & si-
mul collationando, sententiā referendo, sententiā, non uerba inquit sed sentē-
tias & mētem intentā, ea em̄ per *Διαβολας* hic significat, & *κατ' ἐπιδαοσ* id est
secundū formā aut speciem, sic specificē ac formaliter ut iacent, nihil interpre-
tando aliter q̄ scribitur. Hęc est doctrina christianorū & sancti spiritus. Alia
est doctrina diabologorū & maligni spiritus, qua matrem humani generis
Heuam seduxit primus falsarius, qua multos quoq; post eam ad casum inui-
tauit, addendo. minuendo. immutando perniciose aliter quā uerba fuerunt
prolata. Diabolus em̄ præceptor & magister oīm falsariorū ad Heuam ita
locutus est. Cur præcepit uobis deus ut non comederetis ex omni ligno pa-
radisi. Erant uero dei uerba præcipiētis ad unū Adam prolata, priuq; Heua
fieret, cui prohibuit deus solum lignum scientiæ boni & mali. Diabolus autē
uolēs decipere sophistico more per cornutum Arnoldinū syllogismum, im-
mūtans uerba dei ex numero singulari fecit plurale, dicente deo de ligno sci-
entię boni & mali ne comedas. Recitauit diabolus. Cur pcepit uobis deus ne
comederetis ex omni ligno paradisi, per quā lectionē reddidit discipulā do-
cilem, sicut aduersarii mei docibiles diabolo facti sunt. Respondens autē Heua
dixit. De fructu lignorū quæ sunt in paradiso uescimur, quo se fallacias ostē-
dit præceptoris sui agnoscere, quem in exordio mentitū esse deprehēdebat
Sed ut eruditior magistro suo appareret, alia quoq; ipsa diabolice, non dicta
dictis addidit. De fructu inquit ligni quod est in medio paradisi (simulans se
nomen arboris ignorare) præcepit nobis deus ne comederemus & ne tan-
geremus illud ne forte moriamur. *Æqualis iam magistro qui dixit uobis, &*
illa, nobis, respondit & ne comederemus, sed in imitatione agilior quoq; ut
forte putabat magistro, addidit totum hunc sermonem. Et ne tangeremus
illud, iuncto ad uerbo dubitandi ne forte moriamur. Hoc est gymnasiū Sa-
tane, tales facit discipulos diabolus. Et qui suo isto dogmate paruic lapsum,
uoluit eodē restaurandi parare impedimentū. Eisdē em̄ apparētibus elēchis
usus est tentādo Iesum cupiens scire an esset christus. Nam sic ei diabolus do-
lo malo scripturas detruncando. minuendo. uariando recitauit, & scriptum
est em̄ ait, quia angelis suis mandauit de te et in manibus tollent te, ne forte
ad lapidem offendas pedem tuum. Super quo S. Hieronymus ita scribit, dia-
bolus nihil amplius dixit nisi hoc q; angelis suis mandauit de te, ut in mani-
bus portent te, ne forte ad lapidem offendas pedem tuū. Mediam partem di-
misit. Sic em̄ dicitur, qm̄ angelis suis mādauit de te, ut custodiant te in oībus
uiis tuis. Hoc non dixit ut custodiant te. Sciebat em̄ contra se esse. Idem Hie-
ronymus. Matthæi quarto super eodem ait. De angelorum auxilio quasi ad
infirmum loquitur, de sua cōculcatione quasi tergiuersator tacet. Audiuisti
Cæsar scholam diaboli, audias oro & scholasticos tartari & discipulos infer-
ni. Sed paulo ante tamen qd actum sit perpende. Quæsiuisti a me an omnes
libri iudeorum præter bibliam sint perimendi. Ad quod post uarias librorū

sum dreyo

particiones respondi teutonice sub hac uerborum forma. Nunc aut ueniēdo ad ipsam quæstionē dico sic, apud quēcūq; iudæum inuenit aliquis talis liber qui expressis uerbis simpliciter & plane ad infamiam, blasphemiam, scādalum & irreuerētiā dño deo nostro Iesu, suæ dignissime matri, sanctis, Aut christiane constitutioni seu ordinationi editus esset, ille posset imperiali mandato eis tolli & comburi, & iudæus ille puniri, q̄ ipsemet talē non lacerasset combussisset aut suppressisset. Iam omēs uidēt q̄ hanc generalē sententiā meam expressis uerbis ad generalē maiestatis tuæ quæstionē pronunciaui atq; tuli, uident & audiunt me præmisisse hanc clausulā, q̄ ea dicam nunc ueniēdo ad quæstionē tuam. Sed aduersarius ut uerū non appareret ipse huius determinationis meæ principiū dolo malo amputauit, celauit, surripuit articulando secundā propositionē quam rephendere intendebat sine capite hoc modo. Apud quēcūq; iudæū sciēter inueniret aliquis talis liber & cetera, ut per hoc licentiū mentiatur ea uerba iam lecta continuari tm̄ ad ultimū ordinem librorū in septenaria partitōne mea comprehensorū. Hoc totū fundamentū est criminatoris, ut dicat q̄ determinando a nouissimis septimi ordinis libris ordinar, uolens q̄ hæc determinatio mea generalis iam exposita restringat solūmodo ad nouissimos libros septimi ordinis. Fecissem igitur orōnem perpetuam & non disiunctā, continuā & non discretā, non interseruissem ponendo inter ultimū librorū ordinem & principiū decisionis meæ historiam de rebus ante annos xx. gestis. Frustra ei⁹ decisionis caput tam egregio & ingenti caractere notassem ut oculis patet, frustra punctū euidētem præfixissem, frustra inter historię de curia imperiali excitatē finem & determinationis meæ principiū, terminale spacium alias incōsuetū dimissem. Quæ omnia etiā rudibus signum p̄monstrant alterius cuiusdam distincti & nō pēdentis a proximo sermonis. Accedit & illud q̄ falsarius ut uerū non appareret detruncauit, abscidit & occultauit introitum relatiuū quæstionis generaliter factę ubi p̄fatus sū. Nunc aut ueniēdo ad ipsam quæstionē, q̄d uocabulū nunc, apud omnes consueuit esse signū inītiū non depēdentis, quā in immo fere semper nouū inchoat capitulū tam in græcis q̄ in latinis scriptoribus. Aristoteles in vii. metaphysicę v̄p̄ de λέγωμεν id est. Nunc aut dicamus. Lactantius diuina, institū, vii. Nunc ignaros ueritatis instruamus, & eiusdē de opificio dei. Nunc rationē totius hoīs ostendam, ubi semper magna capita sic incipiunt. Et nunq̄ talis modus dicēdi significat restrictā & dependentiā, p̄sertim quando addit cōiunctio. aut. aduersatiua particula ut hic, Dixi ueniēdo sci licet non proximis immorando, dixi ad ipsam, nō referens me ad aliud quē nisi ad ipsammet ḡnaler motam quæstionē, dixi quæstionē quę uniuersaliter proponebat ad quam uniuersalē dedi responsionem. Hęc omnia falsarius dolo malo omisit, detruncauit, abstulit, celauit. Non igitur potest intelligi q̄ hanc uniuersalem & ḡnalem determinationē de oībus libris apud quēcūq; iudæum reptis blasphemis & iniuriosis postquam solūmodo restrinxerim ad ultimū ordinis q̄sdam particulares libellos, quā in immo nisi mirificā cecitatem

Quia h̄c q̄d dicitur in no. nonit. Arnobius

fussio auri iudaici

In aduersariis suspicio auri iudaici & odiū inuidiaq; peperisset, uideret eis ne
cessario iste intellectus esse circa omnes iudeorū libros cuiuscunq; conditio
nis facultatis aut ordinis fuerint, & alium intellectu pati non posse, quod me
ridiana luce clarius ex consilii responsione ad argumentū secundū uerba mea
expresse patefaciunt. Fuit em̄ in uestibulo & ianua consultationis meæ ante
omnem distinctionē aut ordinē in genere ad quæstionē ipsam de libris iude
orum in primā charta hoc obiectū argumentū. Quæ blasphemat Iesum Ma
riam & apostolos, etiā nos & christianā ordinationē. Ad hoc argumentū in
fine consultationis post omnem determinationē meā sic respondi, Hoc esset
efficax argumentū, & propterea ego super talibus libris ubicunq; inuenirent
meam condemnationē in principio posui, hæc fuerunt uerba mea. Nunquid
clare inde constat q; condemnationē meam sine aliqua restrictione gñaliter
ad omnia uolumina intenderim referre, q̄ essent iniuriosa & blasphema. Quia
igitur omnes & singuli blasphemie libri uniuersaliter sunt a me condēnati,
sequitur q; si inueniant aliqui thalmudici libri esse blasphemii, aut contra ec
clesiæ ordinationē hæretici, q; eosdem cōdemnauerim. Nam hæresis sub blas
phemia comprehendit, eo q; secundū S. Hieronymū in omilia quarta super
cantica. Hæretici non dogmata ueritatis sed blasphemias in deū & iniquitatē
in excelsum loquunt. Ergo cum in principio separaui omnes blasphemos &
hæreticos iudæorū libros ab aliis non hæreticis neq; blasphemis, per iudiciū
cōdemnatoriū ad perimendū seu comburendū igne. Qua temeritate audeat
falsarius scribere q; thalmud hæresim continētē indistincte uoluerim con
seruare, diaboli mendacis ipse mendacissimus discipulus, quē nulla retrahit a
tanto fānicidio uerecundia, cum legerit q; & secum legerint fere mille ho
mines, me thalmud sæpe distinxisse, primo in quattuor facultates superiores
theologiā leges canones & medicinam. Deinde secundaria diuisione distinxit
eadem charta facie altera thalmud in blasphemias, seu hæreses ex una, & fa
ultitates atq; stulticias ex altera partibus. Subiungens me non posse talia ostē
dere in locis propriis, quia thalmudista nūq; fuerim, sed quæ cognouerim ex
nostris ea referam, ut legit in Fortalicio fidei libro tertio cōsideratione octa
ua & ante, ubi ea quæ iudæi contra nostrā fidē dicunt, ipse auctor quisq; fuit
nominat cecitates, falla mendacia & crudelitates. Ea aut quæ cōtra legē na
turæ ac morū, contra charitatē & legem Mosaicā dicunt aut scribunt, appel
lat idem fatuitates aut stulticias, nominans eos amentes & insanos, sic faciūt
& alii multi de nostris q̄s ego securus & alios quoq; hebreorū libros imitat,
dixi me posse credere multa eorū similia inueniri in thalmud, qualia olim
contra dñm nostrum & eius amicos sæpe in p̄sentia sua locuti sint, citando
blasphemias quas in euangelica historia legimus, qua in re ut in oibus mihi
aduersaret, & a planta pedis usq; ad uerticē non esset in me ab eo permilla fa
nitas, etiam historias ueras redarguit, & quarū oino haud potest inficias ire,
dicit sic. Esto q; iudæi id dicerent, debebat doctor iste continuisse ambas au
res suas, cum multa digressionē rhetorica, & demosthenico inuehendi appa

raru quasi non & turpiora in libris Pepericorni sui scripta legant, & nefandiora de iudæis cum ueritate in quædam sermonibus prædicent & prædicari debeant in ecclesia, quoniam euangelica ueritas scandalum non parit in cordibus orthodoxorum, quam christus iussit prædicare super tecta. Sed illas blasphemias iste quasarius cum suis quasalitatibus mihi ipsi quasi attribuere uideat, asserens eas se nunquam in euangelio legisse, quod ualde credo, quia sophista euangelicæ non studeat historiæ, sed apparentiæ tantum redargutionum. Unde iterum applicat dorsum suum ad mendacia, plurimum disputans de seruato iuris ordine ac legum respectu, quem ego nunquam dixi esse seruatum, & ne uerbum quidem feci, neque de legibus neque de ordine iuris. Sed audi cæsar alterum locum in quo scriptura mea est ab isto Colonienſium mædatario falsata, nam ut illud iam dictum mendacium coloraret, uerba ipsa que scripsi quod iudæi de christo ita dicerent, Des sie dan mir im gericht haben, de germanico in latinum false tranſtulit sic, super quibus etiam ipsi eum iure conuenissent, ut per hanc immutationem posset me postulare per diem, quod iuris fecerim mentionem, & super hoc uerbo iure, longam scripsit & eminentiam inuectiuam, erat autem secundum proprietatem linguæ nostræ germanicæ de uerbo ad uerbum ita tranſſerendum, super quo tum ipsi cum eo iudicio contenti derunt, Nam hoc uerbum teutonicum. rechten. significat in iudicio contendere siue agere, non considerato uel iure uel iniuria, quicquid enim cum altero coram tribunali agitur, in alemanico rechten dicitur. Aliud est nomen recht, quod ius significat, sed uerbo actiui sum usus non notie. Alteram falsitatem commisit in eadem propositione quinta, uolens enim mihi conflare acerbissimum odium, dixit me grauissimas blasphemias in christum expressisse sine ulla diuine maiestatis habita reuerentia, quapropter omisit istud erga patrem piuum filium uerbum, quod ob reuerentiam diuine maiestatis ut debui domino nostro Iesu christo exhibui scilicet dilectum seu amabilem. Sic enim sonat in alemanico, widervnsern lieben herrn Iesum, id est contra nostrum dilectum seu amabilem dominum Iesum, quod tamen uelut per se inexistentem theologi plusquam in mille locis non addunt, & frequenter euangelia de Iesu sine honoris præfatione loquuntur. Quando enim fidelis fidelis scribit talibus exornationibus opus non est. Memento hic Cæsar quod euidentia ueritatis cogente, confiteor grauissimas blasphemias in christum me hic expressisse, quas aut quarum similes credam in thalmod inueniri posse, quo facilius agnoscas detestanda sua mendacia, quibus sæpe dicit me laudare thalmod, quem a turpitudine hæresi blasphemiam & falso excusare & honestare coner. Contrarius igitur sibi metipſi est, & pugnantia asserit, tanto & tam intolerabili contra me furore commotus, ut sua mendacia rebus ueris applicare non possit, quod tamen omnium est deceptorum singulare studiū, licet tanquam alter Proteus nunc in aquam nunc in ignem labat, & sicut anguis in gramine repens, & uulpes cauda quantum ualeat sua uestigia subigens, ait quod nunc iudæi has blasphemias quasi a me excoGITatas sint audituri. Miser sycophanta putat iudæos euangelium nostrum non etiam in hebraico tenere tranſlatum, & non legisse in angulis quod nos predicamus super tecta. Scripsi scilicet talia, non idem sed talia iudæos scribere posse qualia

in euāgelis legitimus dixisse. Non scripsi eōs iustam mortis sententiā obtrui-
 nisse. Mentitur falsarius nebulo, sed iudeo scripsi dicere q̄ corā imperiali iu-
 dice sententiā contra christū obtinuerint. Quod duabus de causis reprobat
 theologista. Primo qm̄ nullibi euangelii exprimit, tanq̄ contra iudæos hæc
 dicētes pugnaturus de euāgelio, quibus & in hoc mentiat, qd̄ & Lucas testat,
 & prima Petri secundo, tradebat aut̄ iudicanti se iniuste, sed desperans de sa-
 lute sua Arnoldus om̄ia audet mētiri & peruertere. Nihilominus ut a pertis-
 sime pateat eum non esse theologū, quia ueros theologos non legit sed solū
 sua parua logicalia. Produco in palæstrā S. Hieronymū Matthæi xxvii. sup
 uerbo, tunc dicit illi Pilatus, ubi sic scribit, Ethnicus quidem est qui condēnat
 Iesum sed causam refert in populū iudæorū, & infra. Sed sciendū est romanis
 ea legibus ministrasse, quib⁹ sancitū est ut qui crucifigitur, prius flagellis uer-
 beretur, hæc ille. Secundo repugnat detractor, quia dicit conuersos suos palā
 restificari q̄ hæc & talia nunq̄ audiuerint in iudaismo existentes. Equidē te-
 stibus illis interrogatoria non dedi, nec possum scire quid audiuerint aut le-
 gerint, simul quoq̄ suspicor Arnoldū propter consuetudinē mentiendi etiā
 in hoc loco de suis conuersis esse mentitū, q̄ si aliq̄n tamen (dei gratia) uix se
 mel uera dixerit, certe ignaros & imperitos lectionū hebraicarū esse suos cō-
 uersos putandū est, qui non legerunt iudæi, qd̄ ego christianus legi, quōd igit̄
 p̄ tales & tā ignaros uoluisset ingreere iudæos de ipsorū libris hebraicis, nisi
 calūniose ut solet oīa. Ego uero me ipsū, p̄fiteor hæc legisse in libris & scriptu-
 ris iudæorum, ut in libro Nizahon capite ducentesimo nono, ubi sic scribit̄.

*suu genu legi
 voluit*
*Arnoldus
 mendax*

אמר רעוי כי מבשתי היה וכל גפלאותיו היו כישות עלכו גידו למיתח
 אר דעו כי מבשתי היה וכל גפלאותיו היו כישות עלכו גידו למיתח id est, Verū tamen nouerunt q̄ ma-
 leficus magus fuit & omnia miracula eius fuerunt ueneficiū, propterea sen-
 tentiatus est ad mortem per ius & per iudiciū, sicut præcepit nobis deus no-
 ster. Aut igitur ipse Arnoldus iterum mentitus est, aut conuersi sui aduersū
 me sunt mentiti, aut utriq̄ temerarii odio & liuore in meā infamiā cōuersi
 sunt uel peruersi potius. Q̄ aut̄ accusauerint eū de usurpando regno patet
 Lucæ xxiii. hunc inuenimus subuertentē gentem nostrā & prohibentē tri-
 buta dare cæsari, & dicentē se christum regem esse. Ceterum ne uiderer eam
 collectionē librorū quæ dicitur thalmud de istis a me recitatis blasphemis
 temere insimulare, q̄ thalmud eo tempore nondum legeram, conclusi hanc
 primam partitionem eius istis uerbis. Talis & ei similis intentio posset forte
 in thalmud reperiri in illis locis ubi se materia obtulisset de eo scribēdi, teuto-
 nice sic, **da es die materi Begeben hette da von zeschriben.** Quod iterum
 criminatō falsauit hoc modo, in his locis seu angulis in quibus eas scribēdi
 materia exegisset, ubi pro occurrit uel se obtulit ipse interpretatus est exegit,
 ut calumniandi occasionem ignorātib⁹ persuaderet, tanq̄ iudæos dixerim
 necessitate compulsos ad sic scribendum, ac nō potius hoc sentirem, eos talia
 scripsisse, ubi se obtulisset de Iesu christo scribēdi locus, ut puta de eius uita

conuersatione ac morte. Vnde sic exclamās insidiator, Quæ est ista materia
inquit quæ requirere posset apud eos ut blasphemetur christus, ut immacu-
lata uirgo deturpetur. Quæ necessitas impellit eos? Ecce quomodo ad pro-
bationem diffamationis falso utitur quod ipse falsauit. Manifesta est hæc
clementissime cæsar ipsius thalmud distinctio, primū in quattuor facultates,
deinde in hæreses & stulticias. Nunc qualiter alterum ab altero segregau-
rim iudicando, uide. Scripsi em̄ de thalmud nō cremādo charta. x. hoc modo
**Nit red ich es darumb das ich den thalmud wolle güt machen am
den enden da er zuuerwerffen ist / sunder allain zu bewyssen das er nit
zuuerbrennen oder zu vertilcken sei vns des willen das im im etlich
narhait vñ törechtig mainungē in disputation weis begriffen sindt.**
id est, non loquor hæc ideo quod ego thalmud uelim bonum facere ubi abiiciē-
dus est, sed tñ modo ad ostendendum quod non comburendus uel delendus sit
propter id quod in eo aliqua stultæ & fatuæ intentiones per modum disputan-
di seu differendi contentæ sint. Hoc totum omisit falsarius, & in nullo fero
si libelli sui loco uel uerbi eiusce meminit. Quapropter in crimen falsi omnium
prudentum iudicio manifeste incidit. **Quod & Cicero Romanorum scien-** **Crime**
tissimus iuris affirmat in oratione pro Roscio comædo. Equæ em̄ tabulæ in **falsi**
quit condemnantur eius qui uerū non retulit & eius qui falsum perscripsit, eu-
ius pœna & ad L. Corneliam de falsis constituitur in eum qui ut uerum nō
appareat quid celauerit, Cōstitui omēs libros blasphemos & hæreticos igne
comburendos. Replicauit & in hoc loco de thalmud quando est fonticus &
malignus. Sed ubi continet stulticias & fatuitates & cecitas adagia dicitia io
cos fabulas quod hebræi uocant **אגדה** pro illa parte iam eum segregauit a
blasphemis, & putauit probabiliter eum talem non esse comburēdum, quan-
do iudæi per tales libros non turbant pacificum statum ecclesiæ, potissimum
ut audio illis libris nō astricti ad credēdū. Quod rabi Jehiel filius Ioseph scri-
bit in disputatione gallicana cū de libris thalmudicis inter cætera sic inquit
אך יש בהם דברי אגדה להמשיך לב האדם להכין המליצה אם
תרגום תאמין ואם לא תרצה לא תאמין id est, Em̄ uero sunt in eis sermo-
nes agada hoc est fabularum (sicut nos dicim⁹ studia humanitatis) ad indu-
cendum cor hominis ut intelligat eloquentiam, si uoles credes, si non uoles
non credes, hæc ille. Ita nos poetarū, oratorum, philosophorū & historicorū
libros etiam paganorū propter eloquiū uenustatem legimus, & non combu-
rimus, quous Antoninus narret Titum Liuium a Gregorio papa esse concre-
matum. Quia uero constat me thalmud distinxisse tanquā generale in plura
particularia uariarū conditionū, quæ diuersam penitus naturam & rationē
habent. Nam alia est ratio blasphemix, alia stulticie, quorum unū quodlibet uere
dicitur thalmud, mirandum incredibiliter & stupendum est de homine qui
philosophum atque theologum præ se fert, quod non pudeat tantæ ignorantie in

re tam facili, tam trita omnium scholasticorum, ut opprobrio atque uitio immo-
erimini mihi uertat, quod thalmud non esse comburendum scripserim, in quo ma-
xime notatur Arnoldus inscitia & imperitia logicę artis. In hoc enim uniuersum
si conueniunt, si omnes homines current, præter unum Socratem, quod uere diceretur
homo non currit. Quare igitur non consentit iste, si omnes thalmudici libri
essent hæretici & propterea comburendi præter unum medicinę librum
quid dicit thalmud Zeraim, quod uere dicerem thalmud non esse comburendum,
quoniam ad indefinitę propositionis ueritatem sufficit unam eius singularem esse
ueram. Sic utraq; propositio uera esse posset, Thalmud est comburendus, &
thalmud non est comburendus. Nisi iam relicta sua facultate mecum decer-
tare uellet in iure, quam tamen facultatem illustrissimam antea uilipendit & spre-
uit, diceretque indefinitam in iure æquipollere uniuersali, ut thalmud non esse
comburendum, æquipolleret huic, nullum thalmud esse comburendum, uel omnem
thalmud non esse comburendum. Cui liceret mihi per iura quoque respondere
capiendo glo. magn. in. c. ut circa de elec. li. vi. quę dicit quod quando non est ea-
dem ratio & conditio propter aliquod accidens omnium particularium in uniuersum
uerso comprehensorum, tunc indefinita non æquipollit uniuersali, quod & Dy-
nus approbat de re. iur. lib. vi. sub rubrica. Eodem modo si diceretur, thalmud
non est hæreticus, intelligendum esset secundum omnes logicos de aliquo particu-
lari thalmud in quo non inueniret hæresis, ut subiectum propositionis inde-
finitę acciperetur pro tali quale illud esse permetteret predicatum. Ergo si quęras
an omnes libri iudeorum præter bibliam sint comburendi, & ego simplici &
bono animo non professus theologicas subtilitates respondeam. Omnes libros
blasphemos & hæreticos esse comburendos, magicos & reprobate lectionis
libros esse comburendos. Deinde sic. Commentarios biblię non esse combu-
rendos, artium libros non esse comburendos, cabalisticos non esse combu-
rendos, thalmud non esse comburendum, Nonne satis distincte affirmatum
a me fuisse arbitraberis? ut si reperiat aliquis thalmud hæreticus uidelicet
contra tolerantiam ecclesię, quod ille iudicio meo sit comburendus. Sicut in simili
cum aliquis hostis theologorum a me semper amicissimo theologię fautore
quæreret. An omnes theologii præter sanctos sint comburendi, & ego tum
nihil mali suspicans responderem. Omnes theologii qui perseverant in hæresi
sunt comburendi. Deinde sic. Scotistę non sunt comburendi. Occanistę non
sunt comburendi. Albertistę non sunt comburendi. Thomistę non sunt combu-
rendi. Mox ille maledictus hostis theologorum iniuriose contra me insurgeret
ac proterue nimis insultaret uerbis contumeliosis sic mihi loquens. Quare
mentitus es affirmando quod Thomistę non sint comburendi, iam dicis contra
ecclesiam & contra papam, Nam papa fecit comburi tres doctores Thomi-
stas Florentię in italia anno dñi M. cccc. lxxxviii. & alios quatuor Thomi-
stas fecit comburi Bernę in alemânia anno dñi M. D. VII. Ad hæc ego humi-
liter responderem homini proteruo. Amice ac frater, illi quos tu recenseras tho-
mistas proximis annis fuisse combustos, fuerunt (ut fama est) hæretici, de quibus

Indefinita
et utiq;

Thomistę
Berne

ego prius ab initio responsionis mee tibi dixi, q̄ omnes perseverantes in hæ-
reli sint comburendi. Nihilominus tamen iste hostis prænotatus persequere-
tur me multis iniuriis canendo scribendo loquendo, q̄ ego essem mentitus
de thomistis, qui affirmaverim eos non esse comburendos contra papā, con-
tra ecclesiam, contra christū & contra Paulum, & nisi reuocarem tanq̄ scan-
dalosum, ipse me uellet flammis et nece perdere nequissimū auctorem. Nō-
ne misericordia dignus uiderer Colonensibus theologiæ professoribus Al-
bertistis & Thomistis ob tam iniustam lacerationē? Tunc certe merito cun-
cta sua parua logicalia, exponibilia, insolubilia et obligatoria, libellos de mo-
do respondendi & opponendi, omnes paralogismos, omnia sophistica euol-
uerent, ut dictum hoc meum saluaret, quo affirmaverim Thomistas & Al-
bertistas non esse comburendos. Verē saltem appellatione rationis, qua li-
cet uera esse possit propositio hæc, papa Thomistas combussit, in illa non sit
uera, papa combussit Thomistas, quia non combussit illos ea ratione qua fu-
erunt thomistæ, sed qua fuerunt hæretici. Quare igitur non eandē mecū ha-
bent patientiam? si post generalem cōdemnationē librorū hæreticorū, dixi
thalmud non esse comburendū, intelligens ea ratione qua thalmud est, cum
multi reperiantur thalmudici libri naturales & impunes, licet ea ratione qua
thalmud aliquis esset intolerabiliter hæreticus posset mea sentētia comburi,
ut ex uniuersali propositione mea claruit. Cum itaq; ut in ista quæstione iam
expedita sic etiam in hac quæstione de thalmud non sit eadem ratio & con-
ditio in particularibus, certe indefinita neq; tunc logice neq; iuridice debet
æquipollere uniuersali. Quædam em̄ thalmud continet ut aiunt omnino bo-
na, & illa omnium iudicio sunt conseruanda, quædam t̄m fatua & stulta, & illa
nullo iure sunt ad perimendum condemnata. Alia uero cōtumeliosa christo
& sanctis blasphemæq; & illa sunt comburenda etiam secūdum leges, quibus
iudæi dicant nullum thalmud neq; contra Iesum christū dñm nostrum neq;
contra Mariam matrem eius quicquam tractare, Sic enim idem rabi Iehiel
filius Ioseph in disputatione gallicana de beata uirgine scripsit.

אין לנו לדבר עליה כי מה הטאה ומה פשעה ובי בעצמינו
ומבשרינו חיתה וכל החלמוד וכל האגדה לא דיבר עליה כי היא
פּעַחַיִת. .i. Nil nobis ad dicendum contra eam, q̄m̄ quid
peccauit? & quid deliquit? Et quidē de ossibus nostris & de carne nostra fu-
it, & omne thalmud & omne poeticum non locutum est contra eam, q̄m̄ illa
super qua enūciatū est altera fuit, hæc ille, Quod in eodē uolumine multis co-
natur probare argumentis, Affirmat aut̄ idem auctor q̄ etiam thalmud nil
dicat contra Iesum christum nostrū, Sed Iesus Nazarenus de quo thalmud
loquitur fuerit alius, sicut & in multis historiis inueniantur plures eiusdē no-
minis atq; eiusdē ciuitatis similiter uixisse & similiter occidisse. Recensetq;
ad minus duos Iesus Nazarenos diuersis temporibus fuisse, & thalmud loq;
de Iesu Nazareno qui discipulus fuit rabi Iosua Parhaia ad idololatriā tādē

Inno Jofua Nazaren

Inno Maria

ēuerfo ante annos centū et decē prius q̄ Iefus chrift⁹ nofter nafcereē. & multos difcipulos a rabi Iofua ad fe traxit, qui quidem idololatræ per longa dein de tempora dicti ſunt Nazareni, de quibus forte loquit S. Hieronymus ſuper Matthæum ca. xxvii, ita ſcribēs. Legi nuper in quodam hebraico uolumine quod Nazarenæ ſectę mihi hebręus obtulit Ieremiam apocryphū. Quę ſi uera eſſent de Iefu difcipulo Iofua Prahāia ut Iehiel ſcripfit, ſeu iore profecto pœna iuſte plecterentur iudæi, ſi quod a ſuis maioribus ſcriptū fuiſſet de q̄dā idololatra ut ipſimet cōfiterēt, id iam peruerſe chriſtianis in ſultado applicarēt ad dñm noſtrū Iefū chriftū. Et q̄d de alia quadā Mariā poſitū inuenirent, id in beatę uirginis Marię ignominia publice cōuenterēt. Sed ut ea in parte thal mud ego ipſe q̄q̄ uiderē, comparauī mihi a quibusdā chriſtianis libros thal mudicos Sanhedrin, & inueni materiā iſtā in uolumine Helek, cui⁹ yba ſūt hec.

תנו רבנן לעולם תחא שמאל רוחה וימין מקרבא לא כאלישע

שרחבו לגיחוי בשתי ידיו ולא ביחושועו בו פרחיה שרחבו

id eſt. dixerunt magiſtri, ſemper ſit ſiniſtra repellens & dextera propinquans. Non ſicut Eliſæus qui amouit illum Geheſi cū duabus manibus, & non ſicut Iofua filius Prahāia qui amouit illum Iefū Nazarenum cum duabus manibus, & reliqua. Vbi poſt enarrationē facti Eliſei & Gehezi deinceps lōgiuſcule explanat hiftoriā de rabi Iofua filio Prahāia quō difcipulum ſuū Iefum Nazarenum a ſua ſchola expulit, & ille abiēs adorauit idola & uexauit iſrael. Qui uero res geſtas conſyderant per hiftorias, dicunt ſe inuenire totum hunc tractatū de Iefu fuiſſe peractum ſub Hircano Machabeo Simonis Machabeſi filio, qui fuit circiter centum & decem annos ante domini noſtri Iefu chrifti natiuitatem, uel aliquanto plus ſecundū Ioan nem Annum Viterbienſem in cōmentariis ſuper Philonem de tpibus. Hęc incert⁹ adhuc nec affirmo neq̄ nego, quod proteſtor ne alteram calumniā di mei ſumat aduerſarius occaſionē, tamen cum negatio iudæorū quorundā ut iam audiuiſimus faciat in iudicio cauſam dubiam in nō notoriis, ut ſaltem opus ſit proceſſu declaratorio, non potui omēs libros thal mudicos iudicare ad ignem, quare in mea deciſione contra blaſphemos libros facta de cremando, addidi uerba hæc. Attamen non aliter q̄ poſt ſufficientem examinationē & legitimam ſententiā. Quę omnia qualiter ſint intelligenda ſecundū mentem meam, clare patet in publicatis a me declarationib⁹, ad quas totum hoc negocium refero, quibus merito fuiſſet retractus calumniator a tanta mihi ab eo illata iniuria. Quarto falſauit ſcripturā meam infamis Arnoldus theologitarum Coloniēſiū mandatarius in propoſitione ſua nona multipliciter. Cum em̄ de oratione uelameſumadim ſcriberet, accuſationem circūferri aduerſū iudæos, als die das ſolten betten ſunderlich wider vnſ chriftē id eſt quaſi ipſi eam deberent orare ſpecifice uel particulariter cōtra nos chriſtianos. Falſarius poſuit, quaſi hanc orarent ſignanter cōtra nos, Per hoc ad uerbiū ſignanter dicit me negare q̄ non poſſint nos in ſua petitione designa

re, quod ego nunq̄ dixi. Sequitur dein Je horrendū crimen falsi, cum scripta
mea sic immutauit, ubi em̄ scribo, So finde man kein wort darinn das weder
die taufften noch aposteln, noch christen, noch das römisch reich be
deutet oder haſſet. Falſarius in libellum famosum ita traduxit, Inuenit nul
lum uerbū in illa oratione eſſe q̄d contra baptizatos, aut apoſtolos, aut chri
ſtianos, aut romanum imperiū interpretetur aut ſonet. Quod de ueritate lin
guæ noſtrę ſic erat transferendū. Inuenitur nullum uerbum in ea q̄d neq; ba
ptizatos, nec apoſtolos, nec chriſtianos, nec romanum imperiū ſignificat uel
uocat. Ex ſua igitur falſa interpretatione dolo malo conſicta inuehitur cōtra
me dicens, q̄ eam orationem affirmem iudæos non orare contra nos, quod
ſimpliciter falſum eſt. Nunq̄ em̄ negaui eam orationem factam eſſe uniuerſa
liter & in gñe contra oēs inimicos ſuos, ſed probabiliter negaui eandē orati
onem communibus uerbis compositā contra chriſtianos aut contra roma
num imperium particulariter & ſpecialiter factā eſſe, aut ſic a ſynagoga di
ci. Sicut neq; pſalmū, deus laudem meam ne tacueris, aut deus uenerunt gen
tes & ſimiles. Quare falſarius tranſtulit ſignanter pro aduerbio particulari
ter aut ſpecifice. Quem em̄ quilibet ſingularis iudæus in animo ſuo ſignet
orando, ego neſcio, ſicut neq; ſcio quem ſingularis chriſtianus in corde ſuo
deſignet precando. Sed hoc ſcio q̄ ſynagoga iudæorū præceptū habet q̄d &
legit & inter ſe in feſtiuitabus publicat, ut omnes iudæi debeant orare pro pa
ce regni. Sic enim ſcribitur in Perakim quod in libro quotidianarum orati
onū legūt

ד הַנָּיִא סָגוּ חֲבֵרָתֵי אֱוִיָּה חַוִּי. **hoc modo.** בְּפֶרֶק הַשְּׁלִישִׁי
מִתְפַּלֵּל, בְּשֵׁלֹמֹה שֶׁל מַלְכוּת שְׂאֵל מֵלֵא מוֹרָא אִישׁ אֶת רֵעֵהוּ חַיִּים
; בְּוִלְעָבוּ id eſt, Rabi Hannania princeps ſacerdotū dicit. Sis orans pro pace
ſua ipſius regni. qm̄ niſi eſſet plenū timore, quilibet ſocium ſuum uiui deglu
tiremus nos. Quid mihi ſuos conuerſos allegat, quid mihi complices addu
cit, ego ne illis credat, qui aperta mendacia ſingunt. Si hoc mihi faciunt chi
ſtiano, quid facerent iudæis. Scribo nullum inueniri uocabulū in oratione ve
lameſumatim quod neq; baptizatum nec apoſtolū nec chriſtianū nec papā
nec romanū imperium de proprietate ſermonis ſignificat. Id ſatis probaui in
conſilio & declaratione uulgari, q̄d cum refellere nequeant, conantur ſcripta
mea falſare & in effectu falſat, tranſſerūtq; ad latinū ſic me ſcripſiſſe, q̄ nullū
uerbum in illa oratione ſit quod interpretet̄ aut ſonet contra baptizatos aut
romanū imperiū. Nuſq̄ aut̄ dixi q̄ non interpretetur aut interpretari uel ſo
nare poſſit contra baptizatum aut imperiū, ſed nullum uocabulū de propri
etate ſermonis ſignificare baptizatum aut imperium romanum, quod ſi fal
ſum eſſet, certe cum habeat conuerſos ſuos ut ſe iactat aduerſarius, quare nō
dudum oſtendit aliquē locum extra hanc cauſam approbatū & receptum,
ubi Meſchumad præciſe quemlibet baptizatum aut chriſtianum ſignificet.
Quomodo igitur iudæi orarent q̄ baptizato non debeat eſſe ſpes, cum ipſi

Compos aller

K

de quolibet ex eis baptizato spem habeant ut ad eos reuertat, & reuertentē cum gaudio recipiūt. Quāuis autē hæc de præprietate & natura uocabulorū disputauit, tñ nihilominus per hoc uolui non solū grammaticæ uerum etiā lo-
gice ethice & iuridice nullam fieri debere interpretationē transsumptionem seu metaphorā noīs aut uocabuli cuiuscunq; in perniciē alicuius quod æque possit in bonam partē interpretari, tum autē multo minime quando potest tē-
dere ad homicidia & seditionē, quā intendisse Pepericorn⁹ ex libellis suis cō-
iectura fortissima deprehendit, ut in apologia mea cōtra eundē scripta mō-
strauit, qui non solum hanc orationē Velameschumadim false traduxit, sed
etiam sequentē mox illam in suo libello quem hostis iudæorū inscripsit ma-
iore dolo malo additis etiam mendacijs calūniatus est dicens, q̄ in festo pro-
piciationis cognomento Kipurim iudæi orent maledictionē istam cōtra nos
his uerbis. Perturbabit deus cogitationes & consilia inimicorū nostrorū occi-
sione gladio fame peste & cæteris præcipuis plagis & id fiat nostra causa pre-
carur, hoc addidit deniq; de suo sic dicens. Verba hæc omnia quis nescit ad-
uersum nos christianos dici neq; id dissimulare possunt. Vtq; cognoscas cæ-
sar aperta mendacia, ne in alijs quoc; translationibus cogamur eis firmiter
credere, Audi uerba ipsa orationis quæ falsarius mutilauit.

אֲבִינוּ מִלְּפָנֶיךָ בָּטַל מִחֲשָׁבוֹת שׂוֹנְאֵינוּ אִם מִחֶרֶץ עֲצַת אוֹיְבֵינוּ אִם מִ
בְּלֶחֶם בָּל עָר וּמִשְׁטֵיץ מִעֲלֵינוּ אִם מִבְּלַח דְּבָר וְחֶרֶב וְרֵעַב וּשְׂבִי וּמִשְׁחִית
וּמִדֵּיךָ. id est. Pater noster. Rex noster. Destruē cogitationes
odientium nos. P. n. R. n. confunde consiliū inimicorū nostrorū. P. n. R. n. fini
omnem tribulationē & aduersitatē a nobis, P. n. R. n. Fini pestem & gladiū
& famem & captiuitatē & corruptionē & plagam a filiis sceceris tui. Vide-
mus & audimus q̄ a seipsis deprecāt mala quę in te ipres lanius recēset, & ne-
mini impcāt. Nec inuenit q̄ ait & id fiat nostra causa pcamur, quāta fides sit
istis hoībus adhibenda cogitet unusquisq;. Sunt alii cōplures loci quos in cō-
filio meo Colonienses sycophantę per suum mandarariū dolo malo & false
corruperunt partim de mendacio redarguēdi mei causa, partim deniq; (q̄d
horrendū est) ad infamandū me de suspitione infidelitatis. Vocabulorū autē
multorū & diuersorū crebram immutationē iudicio committā conferentiū
mea & sua, & latinū eorum cum meo alemānico comparatiū, & quę magni-
fint & quę parui præiudiciū ut cum dixi per eorum cōsensum, illi transfulerūt
ex spontanea electione, & cū dixi, q̄ nemo posset thalmud iudicialiter uel de
iure reicere, qui eum non intelligit, illi omiserūt iudicialiter uel de iure. Et in
propositione xii. celauit & omisit falsarius, ad quod quotidie oporteret ia-
culari. Et in eadē propositione quandā nouā sententiā incipit per hęc dictio-
nem uerum, quā continuitate sermonis legendā scripsi, in quo falsauit dictio-
nem alemānicam, dann, quæ significat quia, & nunq; denorat coniunctionē
aduersatiuā uerū. Item propositione xvii. falsauit celando & omittendo rela-
tiuum incitū, quo sermonē meū retuli restrictiue ad uiros in præcedenti orati-

W. Falpauer Arnoldy.

¶ Omnia Arnoldi falsaria.

one nominatos sic dicens. Ex illis omnibus doctis & sanctis uiris, pro q̄ falsarius posuit uniuersaliter sic, ex oib⁹ doctis uiris, & pro. begert hab. id est peti uerit, ipse posuit auspiciatus fuisset. Item in propositione xviii. quatenus q̄d est hic temporis, male & contra mentē meam exposuit ut in disputatis & de claratione uulgari ante sibi apparuit. Item in propositione xx. falsauit ferme totum sermonē immutando addendo interserendo q̄ in eo consilio nusq̄ certantur. Item in propositione xxiiii. pro eo q̄d dixi qui se sustentare cogit illi parū superest. Falsarius posuit qui se iuuare habet. Item in propositione xxv falsauit iterum scripta mea delendo celando surripiendo uerbū cognitū necessarium ad ueritatē, cum em̄ scripserim sic, p̄sertim quando ipsi (scilicet iudaei) nobis nil contra ius faciunt, & nostrā christianā ecclesiā publice non cōferunt, quia christiana ecclesia habet alioquin nihil cum eis agendū, Hāc dictionem, sunt, id est alioquin celauit & interleuit falsarius, qua excluditur turbatio status ecclesiæ & singulorum membrorum eius, & includitur pacifica uita iudæorum. quare mēti falsarius scribēs in eo loco de me, q̄ absoluto sermone uniuersaliter dixerim q̄ nihil se hēt intromittere ecclesia, & hic omisit totam & integrā orationē p̄cedētem ut me falso calūniaret. Item in xxx. propositione, nec tu potes malo id aīo ex me suscipere, falsari⁹ omisit, im̄ rectē id est in iudicio seu in iure. Item in propositione xxxii. falsarius iterū amouit uerba p̄cedentia de iudæis dicta q̄ posset se aliquis uelle excusare, eo q̄ nos quāntis dicamus eos perfidos iudæos, q̄ inter se ipsos possent dicere mētiunt nos nō sum⁹ perfidi. Nam hic falsari⁹ dolo malo incepit propriū & separatū capitulū suæ propositionis acephalū sic, ex quo singulis annis in clamamus eos in ecclesia p̄fidos, perinde ac si essent mea uerba excusationis assertiua, q̄ tamen sunt uerba iudæorum in oppositū argumentatiue per me allegata, non q̄ reuera excusent, sed q̄dam colore frustra nitātur, aliud est em̄ se uelle excusare, & aliud se excusare, & multū interest inter uelle & p̄ficere, Sic multipharia multisq̄ modis sermonē quem in persona iudæorum sub forma dramaticis loquor, ille mihi ipsi attribuit tanq̄ assertiue illa sentiā, ut iam iterum patebit. Item in propositione xxxv. & xxxvi. falsarius ex arte sophistica falsauit scripta mea diuidendo quæ ego cōiunctim legenda scripsi. Vtq̄ sua dolo corruptio & deprauatio fiat oibus manifesta, ego in solutione secundi argumenti ab initio ad quæstionē generalē generaliter obiecti sic scribo. Ad secundū argumentū ita posset dici, q̄ tales libri iniuriant seu blasphemant Iesū Mariam & apostolos, etiam nos & nostras ecclesiasticas constitutiones, hoc argumentū & hęc causā esset efficax, p̄pterea ego de talibus libris ubi repiretur meam condemnationē in principio posui, ego aut̄ eorum nullū unq̄ neq̄ uidi neq̄ legi, p̄ter duos nominatim Nizahon & Tholduth Iesu Hanozri. In aliis libris quos hactenus uidi uel legi, inuenio nullam iniuriā siue cōtume liam, p̄ter q̄d fidem atinet. Ibi tenent ipsi pro eo, q̄ fides eorū sit recta, & nostra sit iniqua. Inueniunt bene aliqui iudæi qui opinant quālibet nationē in fide sua saluari posse, & sicut nos p̄cepta Moysi nō ligent, ita sint ipsi p̄ceptis Iesu nō subiecti, sed ipsi sint obligati Moysi p̄cepta tenere, quia deus ea

ipsis dederit & alias nemini. Ita sumus nos Iesu precepta obligati tenere, quia deus ea nobis dederit, ideo quicquid scribant ad id deseruiens quod Iesus non sit deus, & quicquid ex eo sequitur hoc est fides eorum, & uelint per hoc neminem iniuriari, & hoc ecclesia christiana circiter mille quadringentos annos tolerauit & passa est, & ipsum nunquam pro contumelia acceptauit, c. consuluim in si. ex. de iude. propterea Iesus hic apparuit sicut homo, & sicut seruus, scribit S. Paulus ad Philip. ii. ita & non aliter reputauerint eum etiam iudei, & de eo neque de matre eius etiam de apostolis nihil diuinum tenuerint & adhuc. Vtrum illud sit iniuria, hoc trado illis metendum qui in iure ciuili sup. litem apud. §. si quis uirgines. ff. de iniuriis, et in iure canonico sup. c. inaudientia extra de sent. exco. scripserunt. Hactenus hec ita scripsi quod falsarius discerpserit in multas partes & mutilauit, fregit, frustillauit miserabiliter. cum sit & esse debeat una contiguitas lectionis & perpetua oratio. Falsauit autem omnia diabolice interpretando in peius, cum potuit interpretari in melius, & commutauit modos uerborum pinde atque debeat reputari assertio mea id quod sentio iudeos contra meam decisionem opponere. Ex hoc enim manifeste apparet lucidius sole, primo, quod presens libros blasphemie & iniuriosos uniuersaliter condemnauit. Secundo quod ego hactenus non legerim libros hebraicos quod ad aliquam singularem erga nos iniuriam aut contumeliam tendant propter duos Nizahon & Tholduth, non quod alii non sint, quos tamen nescio, sed quod hi sint. Tertio quod assertiue tenui & expressis uerbis sentio quod iudei credendo fidem suam iudaicam, saltem aliquo modo faciunt christo & ecclesie iniuriam. Ita enim hoc loco scripsi, uidelicet. In aliis libris quos hactenus uidi uel legi inuenio nullam iniuriam siue contumeliam, propter quod fidem attinet. Ergo in eo quod fidem attinet sensu generaliter fieri contumeliam & iniuriam. Contra hanc assertionem meam, posui ego caetera quae sequuntur iudeorum argumenta quattuor, quod per suam fidem nullam committere uideantur iniuriam, primo, quia credant omnes gentes saluari posse in sua fide. Secundo quia quod credant Iesum non esse deum sit fides eorum nullo animo iniuriandi. Tertio quia ecclesia tolerat, quarto, quia tenuerint Iesum pro homine sicut ipse in humana natura apparuit. Ista omnia iudeorum argumenta mihi attribuit calumniator iste canis meus, cuius rictus mendax & uaniloquus menalis ramo retundi deberet, ac si non disputando sed assertiue decidendo haec scripserim. Cum tamen his non consideratis ego nihilominus in proposito mea conclusionem fixe permanerem nusquam recedendo ab ea, scilicet quod iniuria & contumeliam faciant etiam in his quae fidem eorum attinent. Et solutionem oppositi tanquam re claram & indubitam reieci ad scribentes in iure, qui omnes uno ore dicunt & scribunt tale & eiusmodi ignorantiam esse crassam & supinam, neque hominem releuare ab iniuria, sicut de eo latius & clarius antea tractaui in disputatis meis & in declaratione uulgari in. §. xxx. & xxxi. diu atque longe prius quam calumniatores mei hunc aduersus me libellum famosum ederent publicatis. Unde si suspiciant singula, uis debent multa quae uocabula esse ab eo falsata, ut pro uulgari teutonico, So. quod incipit argumentum iudeorum ultimum, & in communi usu significat propterea, ipse obtractator posuit, sicut, Et in propositione 38. posuit falsitatem pro eo quod significat crimen falsi. Et in propositione xli. falsarius falsauit S. Paulum & scripta mea in praesentem meam in eo quod transtulit alterius pro alient. Paulus enim ad Ro. xiiii. scribit

Iudicare fam alienū

Tu quis es qui iudicas alienū serū, qd in lingua gr̄ca in qua Paulus hęc scripsit
ponit & ἄλλοτριον & id ex lingue proprietate significat peregrinū. extraneū. alie
nū, tanq̄ & ἄλλοτριον hoc est ex aliis finib⁹ terminis seu cōfiniis. In hac proprietate
secutus iū S. Paulū metaphoricōs & translūptiue, sententiā eandē applicādo iu
dēis, uolens in reutonico dicere. Quid uolumus alieni animā iudicare? Vnde ca
lūniator uelo reuapso inuehit cōtra me & ait me scripsisse qd uolum⁹ animā al
terius iudicare, per qd inquit sequat̄ hēresis, q̄ superiorū & platorū nō interesset
iudicare quō uiuerēt subditi, cōtra S. paulū actū xx. Attēdite uobis & uniuers
o gregi in q̄ uos spiritus sanct⁹ posuit episcopos regere ecclesiā dei, Ex hoc aut̄
oculis cernit̄ Arnoldū scire q̄ iudēi sint ecclesię mēbra, et de grege ecclesię dei,
qd esset hēresis manifesta si absq̄ declaratione in hoc perseveraret. Nā ego de iu
dēis & non aliis hominibus locut⁹ sum, Vnde in quo me criminatur Paulum
falso citasse, ac ei fecisse iniuriam, ipse conuincitur Pauli falsarius esse ac hēsim
sapere. Prætereo multa sceleris et indignitatis plenissima contra me temerata
ab isto insidioso rabula quę aliqñ uel amici uel inimici acrius intuebuntur, atq̄
nulli⁹ tñ uiri boni & uirtute p̄diti tam sermo q̄ opinio cōprobabit. Ob id forte
multi putabūt orōne longa nihil opus fuisse, quom iādudū in oīm aurib⁹ sonet
in omniū oculis uersec̄ declaratio mea, q̄ iā prope annū rotū non modoliteratis
uerū etiā rudibus & agricolis imp̄ssa chalcographice innotuit, ubi multo ante
importunissimorū aduersariorū meorū oīa sunt argumenta soluta p̄fracta re
p̄ulsa, oīa enthyemata suffocata, sophismata comminuta & explosa ingenue
atq̄ sancte, tāto robore tanta firmitate, ut si quas posterius sibi finxerint fallaci
as, rethnas, pseudologias consilio meo contrarias, ex eisdē disputatis & ex eadē
declaratiōe cui titulu⁹ est alemānice. Clara intelligētia, uideri q̄ant cineritū nebu
lę ac nebulonū p̄stygia, q̄bus turbę inertī oculorū acies p̄stringūt. Illuc mea scri
pta tāq̄ ad cuiusdā Turani asylū refero, & tū cuiq̄ doctissimo solertissime iudi
canda cōmitto, nō mei nimis amanti neq̄ nimis inimico, qm̄ utriusq̄ suspecta
sunt iudicia, Scio nō deerūt Max. emilianę cesar excellētissime imperator, q̄ tan
tam in me paciētiam mirabunt, tantā mansuetudinē, tantā humilitatē, cū erga
maledicētes tā leniter maledictō sup̄federim, tā reuerenter obmutuerim, tā mo
derate sustinuerim opprobria, cū tāta humanitate, benignitate, urbanitate, ab
stinens talionis & irarū tēperans, qui multo acrius deberē pro talibus calūnia
torū ausis mutuaras opas imp̄dissē, ut clauū clauo p̄underē, ut pariter ignea
fulmina iacularer, ut cōsimiliter infantā infantię, rabie rabiei, suspiciōne suspicio
nē, calūniā calūnię redderē, ut atramentū cū sepia, & cū dracone flāmas euo
merē, non ita ut uniuersorū sed potius ut singulorū cuiusq̄ mores. uitā act⁹. sce
lerosos & nepharios ab eisdem hypocritice in hunc diem occultatos sempiter
no stigmate notarem. Quę tamen omnia si aduersus me latius efferauerint, ad
alteram maxillam referuabo. Hactenus em̄ solūmodo apud me constitui cum
moderamine inculpatę tutelę meā innocentia defendere, calūnias uulgatissima
obseruationū cōsuetudine uere refutare, mēdacia reuelare, falsi crimē detegere
& cōsiliū mei syngraphā protegere, ne quid maculę aut inhonestamētū in me ad
K iii

*paria
Reinhold*

mit dem Ding

In Arnoldo

mittat. Atqui o deus immortalis & superi ceteros, istis foedissimis & immanissimis detractionibus, conuiciis, iniuriis, contumeliis, turpissimis prodicionibus, falsis insimulationibus, ignominiosis famiciidiis, quibus hic professor theologiae Colonienſium commissarius procurator. Zythobiba. gurges atq; helluo, natus ab domini suo cum suis uersificatoribus, me innocentem populari condemnationi detulit & obtulit, an potest ullum excogitari equum moderamen? quod nam aestimabitur satis temperatum suffragium? quae defensionis mensura? quae armorum paritas? Cum latro gladium strinxerit, perculserit, uulnerauerit, & uulnera do iterum quoque mortem ipsam minetur, nec mortem tantum, sed & turpissimam, nec eam solum corporis uerum illam etiam animae ac salutis interitum. Credo si huius aggressoris nocentissimi & flagitiosissimi crudele iugulum ense confoderem & ferro ad necem usque ferirem in dubio uitae discrimine constitutus, tanquam defensor propriae salutis contra latrocinantem (ut lex ait) in nullo peccasse uiderer. Horret humana natura tantum & tam truculentum ferocis Arnoldi scelus, neminem laesi, nec laedere uolui, mandato imperiali obediui, pro meo captu quod uile uidebatur consului, opinionem meam ecclesiae submissi, declarationem mentis meae adiunctam edidi, de studio iuri & iudicio me obtuli. Aduersarios meos quomodo sibi uelint per me satisfieri copiam & prescriptum exemplum ut meis expensis ad me mitterent frustra orauit, Arnoldo ipsi singularibus meis literis ut boni consulat supplicauit, cunctis uniuersitatibus satisfeci, praeter hanc unam Colonienſium theologicam facultatem calumniatorum meorum, quae nullam satisfactionem imaginari neque prescribere nouerat, sed facere quicquid uellent, me tantum infamare sibi proposuerant contra literas ipsorum proprias & sigilla, centum & sex omnium theologorum pestis & calamitas sacrae theologiae, corruptissima & impudentissima theosophistarum cohors, qui mihi sub suo facultatis theologiae sigillo per epistolam datam (ut uerbis eorum utar) ex Colonia die ultima mensis februarii, Anno domini. M. D. XII. insinuauerunt, seis non satisfacere, quod tum ex integra ad me charitate me ipsi uellent ad se uocare. Post quas literas me non uocarunt, nihilque sequutum est ulterius nisi libellus eorum iste famulos, contra deum & homines, contra ius & fas, contra humanam societatem, contra fraternam charitatem, contra euangelicam maiestatem, contra formam legum & canonum editus & promulgatus mendaciorum plenissimus. Non fecissent hoc cerdones, sutores, zonarii, opifices, tabernarii ut fide frangerent, ut sigillo suo auctoritate minuerent. Fecerunt autem ita leuissimi et perfidissimi Colonenses isti calumniatores mei literarum suarum correptores & sigillorum fractores. Qui cum se sciret in iure mecum sine spe uictoriae manu conserere (nam etiam si publice peccasset quod non feci tantum non ad ista pecora capi scriptum est, peccantes contra omnes argue, sed ad Timotheum primatem ephesinum et solos platos ecclesiae iudicesque, quibus secundum formam iuris et euangelii me prius debebat detulisse) Cum itaque sciret se mecum in iure sine spe uictoriae certaturos fuisse, consilium inierunt, me quae natura mitis sum & mansuetus in iuria pessundare, non audere contra mustare. Et tacuisse utique quali sum equabilitate animi, si me famaritanum tantum appellassent, sed habere demonium, etiam ne christus quidem tulit. Ater illis essem an candidus, illiteratus an doctus, prudens an insipiens, id parui referret. At quod exaceruim ingenium in christi iniuriam, pro quo tantum mortem opto subire, tantumque sanguinis

effundere quātū iste timidus excors & effice minat^o Arnoldus, sine pallorē exa-
nimatione ac syncopi ne aspicere quidē posset, q̄ contra ecclesiā senserim extra
quā saluari nō credo. Et cetera capitalia crimina h̄eresim significātia, q̄ leuissimi
sycophantē mihi false impingūt, nō debui trāsire leniter, sed Herculis clauo rep-
cutere. Scribit em̄ S. Hierony. cōtra Ioannē hierosolymitanum episcopū. Nolo
(inquiēs) in suspicione h̄ereseos quē q̄ esse patientē, ne apud eos qui ignorāt in-
nocentiā eius, dissimulatio cōsciētia iudicē si taceat. Ergo S. Hierony. me iussit
impatēter respōdere, qd̄ tū honestius feci q̄ aduersarij postulasse uident. Nō em̄
p̄misi tot p̄sificatores, tot metrifices, tot carminifices, ne dicā carnifices q̄ carnē
famosū ab initio buccinarēt, ut professores isti theologiē contra cōsuetudinē &
mores professionis suę fecerūt, qd̄ æque potuissē, si nō ego ipse mihi satis essē ad
hoc artificitū, nullius alieni adiutorio egēs, qui puer quodā carmina q̄q; tornaui
siue pari seu impari mēsurā. Nec dū lupi mœrim uidere priores, ut si cuperē ele-
giam meditari sic inciperem.

Blasphemi Arnoldus falsarius h̄eresiarchē
Ortuini socius cernitur hocce libro

Aut si uersus elegiacus displiceret, & maiore uoluptatē calūniator ex carne
heroico tanq̄ aliq̄s heros gloriosus de stirpe gigantū sibi cōciperet, quippe q̄ ut
eternā memoriā assequeret etiā sceleribus alter Pausanias innotescere nō dubi-
tauit, possem hoc modulo exordiri.



Arnoldus fautor philodæmonis h̄eresiarchē
Rector Agrippinus infamis capniomastix

Possem & eiuscemodi uersus q̄roquoq; die ad ferme ducentos cudere, si nō ma-
gis qd̄ me deceat, q̄ aduersarij qua sint ultione digni cōsiderare oporteret. Vñ
recolo Arnoldinū uersificitū, nec imitabor p̄dones honoris mei, habeat sibi h̄ac
gloriolā bonos uiros laceſſendi, & qui cōsueuerūt maledicere, assuescant male
audire, ut dū dicūt qd̄ uolunt, audiāt qd̄ nō uolūt, discātq; patēter ferre, qd̄ uolē-
ter intulerūt, & q̄ mala faciūt ad extremū mala sentiat. Quāq; oro deū (ut de-
beo) pro inimicis meis, q̄ eos a sempiternis gehēnæ ignib^o p̄seruet, & in hac ui-
ta tradat illos Satānē in interitū carnis me uiuētē & uidētē ut spiritus salu^o fiat,
dicq; ac noctē grauet sup̄ eos man^o dñi ut cōuersi dū cōsigit p̄na delictū suū il-
lud grauissimū detractionis fame ac opiniōis meę uniuersis cognitū faciā & in-
iusticiā suā nō abscondāt, publice restituēdo p̄ reuocat dñē & retrāstationē sicut
iniuste cōtra iuris ordinem mihi publice detraxerunt, ne in rā piculoso & diffi-
cili casu restitutionis secundū B. Thomā Scotū & cōiter oēs doctores in lib. iiii.
senten. dist. xv. sine spe uenitē, absq; uera p̄cēnitētia & sine satisfactiōe mihi lesō
debita (cui testibus his scriptis nō renūcio) isti calūniatores & detractores fame
meę professores theologiē atq; bonarū artū Pharaonico & indurato corde cō-
tra spiritū s̄ctū, irremissibiliter & desperate missarū sacratissima & diuinissima
mysteria celebrēt, corpis & sanguinis christi sacramēto corā oib^o in publico pec-
cato mortali p̄suptuose ac indigne cōicantes in scandalū & offensionē simplicitatē

Celeberrimos et ei in p̄missantibus

pusillorū oīmq; laicorū christi fideliū & sibi ipsis in eternæ dānationis iudiciū.
 Quos obsecro si hæc mea qualiacūq; sūt egre molesteq; patiā, ut nō mihi uitio
 uertāt, sed suo illi negocioso pcuratori & electo mādatario, q me nō prouocat
 nō irritat, nullis meis demeritis neq; erga se, neq; in aliquē Coloniēse pffessorē
 pcedētib; intolerabili affectit & lacelluit iniuriā, Quo facinore sperauit ex mea
 ignominia ppetuū sibi nomē ad posteros trāsmittere aurea statua theologistis
 donādus, ob tam mirum artificiiū infamandi, non sum aut tam inuidens aliene
 gloriæ, ut non concedā aduersario meo amplā illustrem clarāq; diuturni monu
 menti nobilitatē, quā tñ ille nimitū superbe appetit, aut certe ut eū prohibeā, ne
 iuxta morē nobilium romanorum qui consueuerunt quattuor sibi nomina in
 memoriā sui non intermorituram uendicare, præ nomen nomen cognomen
 & agnomen, ipse quoq; sibi titulum splendidum quantūuis ex mei suppressio
 ne querat, quin potius adiuuabo si possum. Appellandus igitur esto me permit
 tente cunctis nationibus & uenturę posteritati delator immo deletor iste meus
 deinceps a kalendis Martiis præsentibus anni. M. D. XIII. quattuor his insigni
 bus famosis & gloriosis nominibus cedro aut buxo incidendis uel marmore si
 maluerit ita. Tungarus Arnoldus Calumniator Falsarius per omnia secula se
 culorum.

Tubingæ apud Thomam Anshelmum
 Badensem. Anno. M. D. XIII



Handwritten notes in cursive script, including the name 'Tungarus Arnoldus' and other illegible text.